

enim refectio miraculosa quinq; milium virorum de quinq; panib; & duobus piscibus, quos dominus cum gratias egisset, distribuit conuiuiis suis quantum voluit, beatitudinem figurat. Nam & ipsa est refectio delitiosissima, teste domino Matth. 2.6. Amen dico vobis, quoniam non bibam amodo de genimine vitis, donec bibam ipsum nouum in regno meo. Representat autem congruè propter discumbentium perfectionem, ministrantem maiestatem, ciborum qualitatem. Discubuerunt namq; viri, neque aliorum mentionem euangelista facit, per quod beatorum perfectio designatur corporis, & mentis. Qua perfectione gemina celestis mensæ conuiuæ dotabuntur. Relurgant namq; omnes electi viri non sexu, sed ætatis, ac statu perfectione. In ea ætate .i. 33. anno qua dominus ipse surrexit, secundum Magistrum dist. 44. lib. 4. Viri denique omni virtute robusti, nec aliquo peccati vulnere infirmi, aut maculati. Nihil enim inquinatum intrabit in illam, ait Ioannes. Apoca. 2.1. Et quo ad vtrumq; ait apostolus ad Ephes. 4. Donec omnes occurramus in vnitæte fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, in mensura ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli fluctantes & hociusum in numero. 5000. designatur, nam mille vniuersitatem significat quinque, omnes animæ vires, vegetatiuam, sensitiuam, intellectuam, appetitiuam, motiuam. Omnes enim, qui has vitiliter secundum regulam diuinæ voluntatis domant, & regunt, ipsi sunt, qui in beatitudine recumbent.

Ministravit deniq; in hac refectioe summa maiestas æternus Dei filius. Nā panes benedixit, fregit, ac distribui iussit. Matth. 14. Ipse idem in beatitudine omnibus ministrabit, distribuens p̄mia singulis secundum meritorem p̄cedentium qualitatem. Hinc Luc. 12. ait: Amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transies ministrabit eis. Et quæ sunt eius ministeria? Certe panem frangeat conuiuiis. Panis ille, quo cibantur regi celestis

conuiuæ, beatitudo est æterna, qua reficiuntur ciues illius patrie: Hæc Deus ipse qui est merces omnium beatorum. Ego sum inquit, panis viuus qui de celo descendi, qui manducat ex hoc pane viuat in æternum Ioan. 6. Propter hoc enim se dedit discipulis, datq; quotidie christicolis se panem sub sacramenti velamine, quia daturus est se nobis panem fruendum in patria in clarissima visione. Hinc de pane sacramentali canit ecclesia: O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur & c. futuræ gloriæ nobis pignus datur. Panis ille hordeaceus rectè describitur. Hordei namq; medulla dura cortice circumdatur, que nisi fortiter quatitur, ad medullæ dulcedinem nullatenus peruenitur. Medulla deitas est iucundissima. Cortex siue palea, humana natura, quam pro nobis fortiter puniendam exponere dignatus est in cruce, quatenus per hoc nos possemus ad fruendæ deitatis dulcedinem peruenire. Hic panis apud Deum integer & totus est, sed ceteris frangitur, quoniam solus Deus seipso essentialiter est beatus, seq; totum & infinitum visionem & fruitionem eque infinita plenissimè ac integre comprehendit. Reliqui autem in solo Deo beatificantur, participando non comprehendendo, quoniam creatorem infinitum creatura finita comprehendere nequit. Sed partialiter totum attingit, dum obiectum beatificum secundum modum suæ capacitatis & meritorem exigentiam apprehendit Sic ergo panis iste frangitur non in se qui indiuisibilis perseuerat, sed in ordine ad eos qui eo fruuntur, qui non tantum fruuntur quantum visibili est. Exemplum sumi potest de Manna celesti & c.

Deniq; panis ille vnus in substantia quintuplex describitur, propter quinque actus, & passionem in anima beati, quibus panis ille diuinus participatur qui sunt quinque partes beatitudinis formalis. Primus panis est visio factialis beatissimæ trinitatis, quo cibatur intellectus. Eccl. 15. Cibauit illum panem vitæ, & intellectus. Secundus panis est fruitio

Ministrã
tis in cę
lo maiestã
tas, &
ciborum
qualitas.

De quan
tuplici
pane.